quētes diu latere nō possunt. ff. de recep. l. i. C. de his qui la. oc cul. l. i. ⁊. ij. nisi essent ꝓsanguinei affines. ff. eo. ti. l. ij.

a Dānent. ⁊ sua regulariter ꝓtra: qz bona dānatoꝝ trāseūt in heredes ⁊ non in fiscū. C. de bo. dāna. auē. bōa: ſz ħ fallit in hoc crimine lese maie. C. ad. l. iul. maie. l. qſqs. ⁊ est canonizata. vi. q. j. §. verū ⁊ in crimīe heresis. s. e. li. de here. cū scōm. ⁊ in casibus ibi positis.

b Disponant. illis nō vocatis etiam si de facto possiderent. s. eo. li. de pben. lz. ij. ⁊ hoc sonat ver. libere. s. positus.

c Rectam. ō collateralib⁹. n. tractat. j. §. ceterum.

d Pontificalē. alias enim tales non includebant nisi fuisset de ipsis expressum. s. de cōces. pben. dilectus ad idem. s. e. li. de here. inqsitores. ⁊. j. de sen. ex. qz periculosam. Jo.

e Uirili. itelligebatur nisi aliud fuisset expressum. s. e. proti.

f Officiū. ō dignitate. s. dixerat ħ de beneficio dicit idem.

g Insecutiōe. de pcussione et captione non erat dubium: sed de insecutione ħ spāliter statuitur hec pena.

h Uicinarū. q̄ sint loca vicina dico iudicis arbitrio quo ad hoc relinquēdū: ⁊ posset dici vicina non distantia vltra duas dietas vulgares. s. de rescrip. non nulli. vel legales. s. e. li. de preben. pſenti. §. locati. vel non distātia vltra vnā dietaz. s. e. li. ō rescrip. statutū. vel ifra puinciā. s. de elec. corā. arbitrek ergo in hoc bonus iuder.

i Articulo. si. xvii. q. iiij. si qs suadente. de of. ord. pastoralis. cum si.

k Et idonee. s. p pignora vel fideiussores. ff. mā. l. si mandato §. p aulus rūdit. aſz verbū cautionis nudā pmissionē continet. C. de ver. sig. sancimus. sed si hoc casu sufficientez cautionē dare nō posset ō abit iuratoriā: uel cauebit sub hypotheca suarū rerū. C. de epi. ⁊ de. auē. generaliter. ⁊. ff. vt leg. no. caue. l. filio. in fi. ⁊ facit qō diri. s. eo. lib. de vsur. c. ij. ⁊ qō no. s. de dote p⁹ viuoꝝ. resti. p vſas. io. an.

l Ultra mare. ⁊ si christiani nihil haberent vltra mare cēt hec pena in aliā cōmutāda. ff. de inter. ⁊ re. l. relegatorum. i. rſi. ff. ad. l. pompe. de pari. l. pena.

tius cuz ipso quodāmodo dānent ⁊ sua[a]. Si q̄ vero feuda locationes officium vel beneficium spirituale vel tpale ab aliquibus ecclesijs obtinet: sit eis ipso iure priuatus: q̄ sic libere ad ecclesias reuertant q⁹ ecclesiarum rectores ō ipsis pro sua volūtate disponāt[b]. Nō si qs p̄ dictorum filium vel filios habent nepotē vel nepotes p rectam lineam[c] descēdētes: beneficiatū seu bēficiatos quouis bēficio: etiā si pōtificalē[d] adeptus vel adeptifuerit dignitatez sint eis ipso iure p̄uati: spe ꝓmotionis oīno sublata. Nulli preterea taliū filiorū atqz nepotū ex viriliſ seru desedentium ab eisdē alicuius aperiat tanua dignitatis aut honoris ecclesiastici vel mundani: seu ad alicuius loci regimen sit ascensus: sit eis postulandi negata facultas: sit notorie iudicatus: ⁊ quodlibet aliud offīū seu ministerium publicum iterdcīū: ī iudicijs eoruz assertio cōtra quēquā nihil fidei nihil credulitatis inueniat: vt ad testimoniū prorsus reddant idigni sit eis ad ordines ascēsus ibibitus sit ad beneficiū[f] vel offīū ecclesiasticum denegatus ascensus: ⁊ vt magis famosa sit eorū ifamia ad actus legitimos nullus eis pateat aditus: nulla porta pādatur eisdem super aliquo premissoꝝ: oī spe dispensatiōis adēpta. Presenti nihilōiⁿ adijcimus sāctōi vt ex īsecutōe[g] p̄dicta sicut ex iniectōe manuū violēta ipso fcō excōicationis sniaz qs ī currat: ⁊ tā insecutor q̄z alij supradicti tanti mali pticipes quādiu in sua ꝓtumacia pdurarint: singulis diebus dūicis ⁊ festiuis pulsatis cāpanis ⁊ candelis accensis p oēs illius loci ecclesias ī quo tātū facinus fuerit attentatū: necnō ciuitatum et diocesū vicinarū[h] excōicati publice denūciētur: nec ab alio q̄z a romano pōtifice possint absolutiōis bēficiū obtinere: nisi dūtaxat in mortis articulo[i] cōstituti. Cū aūt fuerint absoluēdi p̄mo sufficiēter ⁊ idōce[k] caueant q⁹ iferende pene parebunt auxiliāte dūo pniaz pagēt iūgēdā deide p oēs illius loci ecclias p̄ncipales vicinorūqz locorū dieb⁹ dominicis ⁊ solēnib⁹ icedant nudi corā populo: femoralia tm̄ habentes ⁊ ferulas deferentes in manib⁹: cuz qb⁹ p easdē ecclesias publice fustigētur: ituri postmoduz vltra[l] mare ⁊ ibidē acturi pniaz p tres annos admin⁹: nec exinde postmoduz reuersuri absqz sedis aplice lītia spāli.

Uerū cū talis gr̄am recōciliationis meruerit beneficio absolutiōis obtento idulgeatur ei licentia vt suam ⁊ suoꝝ iuriā psequat[m] ⁊ debitorū illoꝝ q̄ cotracta fuerint ō postmodū acqsitis[n] repetitio non negetur. Illud āt nō duxim⁹ obmittendū: q⁹ si quis fuerit in premissis nudo ꝓcilio aut simplic⁹ fauore culpabilis: iudex in talez penā metiat ex culpa: vt fm q⁹ excessus exegerit vindicta procedat. Ceterū qz dignum est vt nefandi rōe flagitij vltiōis seueritas āpli⁹ extendat: ⁊ pp enormitatē culpaꝝ plagaꝝ modus exuberet: nec penis solitis ꝓtentet: statuim⁹: vt ad collaterales frēs vz nepotes ⁊ pnepotes taliū possit extēdere[p] penas ī hmōi nra ꝓstōe cōtētas circūspectio ro. pō. put circū stātie rōnabiles suadebūt. Premissis et dignū cēsuim⁹ ānectēdum vt si qs q̄z aliquo p̄dictoꝝ[q] excessuū quēq̄z ō clericis vel religiosis nre familie vel cardinaliuz afficere forte presumpserit: ꝓportionetur pēa delicto: ita q⁹ vidicta ex equo excessu rūdente ab offensa nostroꝝ cohibeantur deinceps man⁹ temerarie formidine vltionis q̄s dei vel nra seu fratrū nroꝝ reuerentia non cobercet[r]. Si qs vero p se vel per aliū occiderit cardinalez: qō absit: vel dederit cām[s] mortis vltra q̄z p̄missa ꝓtineāt: sic in eū ptās in risditiōis īsurgat: sic rigoꝝ vltiōis ī siliat q⁹ cōtra vite subsidiū mortis solatiū inocer: viuēs pene nō culpe vidicte speculū nō offēse. Per hoc quoqz secularib⁹ potestatibus non adimimus[t] facultatē vtendi legib⁹ ꝓtra tales quas aduersus sacrilegos chatholici p̄ncipes ediderūt. Quis enī locus regiminis poterit esse tut⁹? quis rector securitate gaudebit: si rōana ecclesia q̄ oīum ecclesiarū disponēte domio caput est et magistra casibus istis subijcitur si eius filij spāles hmōi periculis exponunt: quē ecclesie filium quē fidelez zelatorez cōtumelia tanta nō tāgeret: ⁊ ꝓfusio tā aspera ſi moueret porro si filio⁹ē dolebit: si fidelis matre fidei lesa ledet. Quapropter si p̄nceps senator ꝓsul potestas vel ali⁹ dominus siue rector contra p̄sumptores predictos presentis cōstitutionis tenorem non fecerit obseruari: tam ipse q̄z officiales ipsi⁹ ifra mēsez postq̄z res ad noticiā eorū puenerit: eoipso sniam excōmunicatiōis incurrant. Ciuitas vero quelis alia preter vrbē que talia facienti vel facientibus seu p̄sumentibus in his consilium vel auxilium dederit aut fauorem: vel ifra mensem saltem taliter delinquentes: prout tanti facinoris enormitas exegerit: ⁊ facultas ei affuerit ſi duxerit puniendos: pontificali ⁊ insuper sit eoipso dignitate priuata[v]: et nihilominus remaneat interdicta.

Rubrica De penitētijs ⁊ remissiōbus.

Innocentius in concilio quarto lugdunensi.

m Prosequat. iiij. q. vi. omnibus.

n Acqsitis. qz prius acqsita erāt cōfiscata.

o Simplici fauore. nudū ꝓsiliū vel simplex fauor itelligit illi⁹ q ad maleficium faciendum nihil adijcit.

p Possit extēdere quādā iudicatio. si. s. eo. li. de rescrip. ca. fi. nā ⁊ pter hāc pmissionē papa eo. modo id poterat cuz non habeat imperium par in parem. s. de elec. innoui it. Jo. an.

q Aliquo p̄dictorū. s. i secutionis captiōis aut p cussiōis aut societatis horum criminum.

r Cobercet. s. de vi. ⁊ ho. clerico. vt clericorum.

s Causam. proximam nō remotaz: quod vicit. s. de homici. ō cetero. ō testibus. sicut.

t Adimimus. concor. C. de sacrosanc. eccle. l. placet. i fi. vbi p̄mo p ecclesiasticū iudicē fo p secularez qs punit: ⁊ sic in casu nro ꝓpter criminis horrorē ē. n. regulariter secus vbi crimialiter agitur. s. de accusa. de bis. vbi ō hoc. ⁊. ij. q. v. habz hoc ꝓpriuz. sunt enim paria aliquē esse absolutum vel condēnatū ⁊ solusse. ff. de excep. rei iudi. si qs cū totū. §. plane. ⁊ facit ħ decre. ad id qō no. s. ō iudi. at si clerici. in glo. pe.

v Priuata. si. xcv. q. ij. ita nos. ⁊. s. e. li. ō ele. vbi piculū. §. ciuitas. Excipitur aūt ciuitas ro. ab hac pena. si enim ipsa in hoc punirēt p̄iuarentur et inferiores ecclesie cum totius orbis episcop⁹ sit romanus pontifex: et pterea ibi promptiorem habemus iudicem. s. papa q huic rei potest adhibēre media ⁊ penas ipōere. ad hoc optie. C. ō hū qui ad ecclesias confu. l. vii. in prin.

R Omana. Sunt tria dicta. Primum τ tertiũ inhibitorium. scd'z cõmissorium ibi: super benigna. Tertiũ ibi: i cõcedẽdis. do. a Fabrice. q: ɔferẽtib⁹ ad opus fabrice dari solent remissiones ideo de his q̃storib⁹ in hoc ti. posuit. Quis autẽ teneaŧ ad op⁹ fabrice dic vt. s. de eccle. edi. c. ij. de his. sed cum quarta fabrice τ clericoꝝ subsidia nõ sufficiunt: fieri solet ad predicta sicut τ alia pia loca elemosynarũ collectio ad hoc. s. eo. li. de sta. regu. c. vno ad finem.

b Hoc. s. qd resistunt vel parere nolunt.

c Potestatez. sicut nec possũt foraneos officiales statuere pp citationes faciendas vt. s. eo. li. de of. ordi. romana.

d Ipsoꝝ. questoꝝ.

e Prouincie. q̃si velit notare φ indulgẽtia ñ ꝓfit his q subiecti nõ sunt: qd dic vt. s. eo. ti. qd ãt.

f Monere. τ remissionũ τ indulgentiaꝝ lr̃as ɔcedeŧ: ut. s. e. nr̃a: τ ẽ casus i quo archieps iurisditionẽ hz i subditos suorum suffraganeoruz: alij nõ. s. de of. or. pastoralis. τ. ix. q. iii. c. ij.

g Remensis. vel alius q̃liber: s. eo. li. de of. or. romana in fi. s. ti. proximo. c. i. in fi.

h Generalis. s. e. cum ex eo. τ si excesserit nõ valet. j. e. c. vlti. Jo. an.

H I episcopus. Duo facit primo ponit casuz τ deñ cuius rõnem subdit ibi cuz i generali. Scdo cõsuetudinẽ ꝓbat ibi nulla quoq;. Do.

i Eps. subdito puta archidiacono: archipresbytero abbati priori vel sitib⁹ psonis q̃ imediate subsunt epis. Quid dicemus de iferioribus: puta laicis parochianis certe parochie nũqd illis eps põt licentiaz dare: vt sibi ɔfessorez eligãt: vr̃ φ nõ

℞ Questores non citant aliquos: lz eos monere possint vt in cõcedẽdis idulgẽtijs nõ excedãt archiepi statutũ concilij generalis. h. d. zen.

R Omana ecclesia: τ infra. Questoribus autez fabrice[a] remẽsis ecclesie remẽsis archieps seu ei⁹ officiales citandi suffraganeorum ipsius ecclesie subditos quos ijdem q̃stores sibi resistere aut nolle parere dixerint: vt sup hoc[b] cõpareãt coraz ipsis nequaq̃ tribuant potestatẽ[c]. Sup benigna vero ipsoꝝ[d] receptiõe ac subuẽtiõe ipsi fabrice faciẽda: pñt eosdẽ suffragãeos τ alios xp̃i fideles remẽsis ꝓuicie[e] charitatiue monere[f]. In concedẽdis q̃ q; indulgentijs non excedat remẽsis[g] archiepiscopus statutum concilij generalis[h].

B Onifacius octauus

℞ Cõcessio gn̄alis ɔfessoꝝ nõ tãgit epõ spãli reseruata: nec obicẽ consuetudinis põt qs sibi eligere cõfessorez. h. d. zen.

S I eps[i] suo subdito cõcesserit: vt sibi possit idoneuz[k] eligere cõfessorẽ: ille quẽ is elegerit in casibus q eidem epõ spãliter reseruantur[l]: nullam habet penitus potestatem: cũ in generali concessione illa non veniant: que non esset quis verisimiliter cõcessurus[m]. Nulla quoq; potest consuetudine[n] introduci: φ aliquis p̃ter sui superioris licentiam confessorem sibi eligere[o] valeat qui eum possit soluere vel ligare[p]. I Dem.

℞ Decre. cũ ex eo i plurib⁹ epis in

. s. e. oĩs de pe. di. vi. placuit. de pe. nullus. Dic ɔ q: q̃libet de dioce. põt recurrere ꝓ penitẽtia τ ad propriũ sacerdotẽ τ ad epm vel archipresbyteꝝ cathedralis ecclesie q quo ad hoc ẽ vicari⁹ epi. vt. s. de of. archidia. officiũ vñ credo φ sufficiat alteri⁹ lr̃a. s. vel epi vel parochialis sacerdotis.

k Idoneũ. q sciat circunstantias ɔsiderare: τ diuersis medicamẽtis vti ad sanadũ egrotũ. s. e. oĩs de pe. di. vi. q vult. de homicidio sicut dignum

l Reseruãŧ. sed q sunt isti casus: dic φ absoluere excõicatos maiori excõicatione nõ ɔpetit simplici sacerdoti: sed epõ: vt. s. de sen. excõ. nup impo nere penitẽtias blasphematorib⁹ dei τ scõꝝ. s. de clericis male. c. ij. sortilegis. s. de sortilegis. c. ij. commutatio quoꝝlibet votoꝝ. vt. s. de voto τ voti redemptiõe. c. i. dispositio male ablatoꝝ icertorũ vel certorũ q̃ñ nõ extant hi qbus faciẽda est restõ. s. de iudeis: cũ sit: penitẽtia matrimonioꝝ clãdestine ɔctoꝝ vel ɔ iterdcm̃ ecclesie p epos solet imponi. s. de clandesti. desponsa. cum ihibitio τ de matrimonio ɔc. ɔ interdictuz ecclesie. c. i. τ. vlti. Solẽt epis reseruari penitentie oĩum publicoꝝ enormiũ criminũ oppressionis filiorum ex ꝓposito vel ex casu cuiuscũq; homicidij: falsi testimonij vel falsi instr̃i: piurij: icestus: corruptionis monialiuz. coeuntis cũ brutis τ his silia. ad hoc. l. di minor. τ. c. i capite. xxxiij. q. ij. qcũq;: cũ silibus. vt notat hostiensis in suma huius tituli. §. cui cõfitendũ.

m Concessurus. vt. j. de reg. iur. in generali: cũ suis concor. ad idez. s. e. li. de offi. vica. c. vlti.

n Cõsuetudine. ẽ. n. onerosa eccl'ijs: idõ nõ valet. s. de cõsue. c. ij. τ ex ea frangiŧ ecclesiastice disciplie neruus. s. de cõsue. cũ venerabilis et cẽt hoc ɔ obediennã pncipis pscribere: qd esse non põt. s. de prescri. cum nõ liceat

o Eligere. epi τ archiepi τ supiores τ iferiores ab epis exẽpti. hñt a iure lr̃iam φ idoneũ ɔfessorẽ sibi eligãt: q põt eos soluere τ ligare. s. eo. ti. capitulo vlti.

p Ligare: ideo dixit: q: cuicũq; volo possum confiteri peccata mea petendo et salubre aĩe cõsiliuz: sed ille non põt ligare vl' soluere vt hic vides: sic dicimus de laico in necessitate φ possumus ei ɔfiteri: sed ipse non põt soluere: q: nõ hz claues: de pe. di. i. quẽ penitet τ no. de of. or. pastoralis.

I Ndulgentie. Quia breue est non diuidiŧ. Declarat opinionem no. s. e. ti. cum ex eo.

q Indulgentie. τ reprobaŧ opi. Jo ber. ibi no. τ approbatur opi. hostien.

℞ dulgentibus locuz habet. h. d. zen.

I Ndulentie[q] que ab vno vel pluribus epis i eccl'iaꝝ dedicationibus vel alijs qbuscũq; casib⁹[r] cõcedunŧ: vires nõ obtinẽt[s]: si statutũ excesserint concilij generalis[t].

Rubrica De sentẽtia excõicatiõis suspensionis τ interdicti.

I Nnocentius quartus in concilio lugdunensi.

℞ Iudex qui excommunicat suspendit vel iterdicit in scriptis hoc faciat: τ causaz conscribat: τ requisitus exemplũ sententie tradat infra mensem: qui contrafecerit per mensem ab ingressu ecclesie τ diuinis est suspensus: τ relaxabitur illa snia per superiorem absq; difficultate: τ condẽnabitur lator in expensis: τ alias pẽa cõdigna: si sic supẽ si celebrant vt prius: sunt irregulares: nec absoluũtur ab alio q̃ a papa. h. d. Jo. and.

C Um medicinalis sit excõicatio nõ mortalis[v] disciplinãs nõ eradicans dũ tñ is i quẽ lata fuerit nõ cõtẽnat[x]: ꝓuideat iudex eccl'iastic⁹ vt i ea ferẽda oñdat se ꝓse qui quod corrigentis[y] fuerit τ medentis[z]. Quisquis igitur excõmunicat[τ] excõicationẽ in scriptis[ɔ] proferat: τ causam[ꝝ] excõicationis expresse cõscribat: propter quã[a] excõicatio ꝓferaŧ: exemplũ[b] võ huiusmõi scripture teneatur excommũicato[c] tradere infra mensez: si fuerit requisitus[d]: super qua re quisitione fieri volumus publicum instrumentuz vel litteras testimoniales confici fi-

r Casibus. ad pia opera: puta edificationẽ vel reparationez ecclesie refectionez vel edificationẽ pontiũ vel viaruz: sustentationẽ hospitaliorũ vel similia.

s Non obtinent. quid dices: nunqd saltem in eo φ poterant dare tenebit idulgẽtia: videŧ φ sic: q: regulariter vtile p inutile nõ vitiaŧ. ff. õ re. iu. vtile ibi vide ar. de hoc ꝓ τ contra: preterea hec ẽ quedam liberalitas τ in liberalitatibus vel donationibus dicim⁹ φ tenent ꝓ pte vsq;. s. ad legitimũ modũ: τ i re si duo nõ: vt. C. de dona. l. sancimus. xij. q. ij. si quos de suis p̃terea hic agim⁹ õ re separabili. s. de numero dierum: vbi ñ vitiaŧ vtile p iutile. ff. õ aq̃ quo. τ esti. l. i. §. trebati⁹ τ hoc verũ puto. Alij ɔ: dicentes idulgentias in nullo tenere: q: q priuilegio abutitur pdit illud. xi. q. iii. puilegium: cum similibus licet non est veruz φ q abutiŧ priuilegio perdat illud: sed mercatur pdere: sic dicit. c. vnde principis erit estimatio: quod dic vt no. Inno. s. de deci. suggestũ.

t Generalis. s. eo. cum ex eo.

C Um medicinalis. Primo ponit proemium. Scdo statutum circa excõicationem ferendam ibi: q̃sq̃. Tertio penã ñ seruãtĩ ibi siquis: Quarto aggrauat vel penas addit ibi superior. Quinto statutum aggrauat ad suspensionis τ interdicti penas ibi. Et hec eadẽ. Sexto cautos reddit illos q penã icurrunt ibi caueant. Jo. an. sed Jo. mo. τ hosti. diuidit in. vij. de secunda faciens duas do.

u Mortalis vt. ij. q. i. multi: τ. xxiiij. q. iij. notandum.

x Cõtẽnat. τ tũc ampli⁹ ex cõtẽptu ligaŧ. xxiiij. q. iij. notãdũ xi. q. iij. cũ ergo τ. s. e. ti. p tuas: crescit igiŧ hõ p meritũ obedientie parendo iniq; snie. viij. q. i. sciendũ. xi. q. iij. qd ergo.

y Corrigentis. siue plectẽdo siue ignoscendo hoc solum bene agitur: vt vita boluz corrigaŧ. vt. xxiiij. q. v. ꝓdest.

z Medẽtis: sanabit τ medebiŧ quãtũ in se erit: alr̃ si erit qd sibi iputeŧ. xliij. di. c. ephesijs. xlvi. di. c. vlti. faciat igiŧ φ snia sit iusta ex aĩo: ex ordĩe τ ex cã: de qbus diciŧ. s. eo. sacro.

τ Excõicat. suspendit τ interdicit. j. eo. c. §. τ h eadem.

ɔ Scriptis. no. cãs i quib⁹ scriptura reqriŧ de his plene dixi. s. e. li. de cẽsi. c. i.

ꝝ Cãm. vt q: pemptorie citat⁹ corã nobis renuit ɔparere. τ de iusticia rñsurus vel q: iussus: vt. ĩfra talẽ diẽ cẽtũ ticio solueret: ad q̃ sibi ex cã õpositi tenebaŧ: qd facere recusauit: iccirco. τc. τ ẽ h ordo retrograd⁹: q: p̃mo dz cãz exprimere: postea excõicare. Sed nunqd hec ɔstõ locum hz cũ exõicatio fertur ɔ incertam psonam vt. v. q. vi. qdã τ. s. de of. or. si sacerdos: diciũt qdã φ nõ: ad hoc. s. eo. li. de ele. q ɔ certam: lz tutius ẽ tenere ɔria: tũ q: certã psonã sed nõ expressam ligat snia q̃ tñ postea exp̃miŧ: ad hoc. j. e. romana. §. caueãt. Et no. ex hac lr̃a duas diuersitates inter snias excõicationũ τ alias diffinitiuas: q: vtraq; dz ferri in scriptis: sed si diffinitiua non feratur in scriptis non tenet: de re iudi. c. vlti. snia autem excõicationis lz non sit lata in scriptis tenet: sed locuz hñt pene. q̃. j. sequnŧ. Itẽ i diffinitiuis nõ est necesse exprimere cãz. s. de re iu. sicut. sed in snia excõicationis sec⁹: vt hic vides.

a Propter quã. lz falsa sit cã ligat tñ excõicatio. xi. q. iij. c. i. τ. ij. s. eo. sacro. de absolutione dic vt. s. de of. or. ex parte.

b Exẽplũ totale. alr̃ non esset exẽplũ sed pars.

c Excõicato. per hoc vr̃ loq cum excõicaŧ certa persona: fateor hoc quo ad traditionẽ exempli.

d Reqsit⁹. alr̃ ergo hẽbit locũ pena q̃ seqŧ: τ ẽ si. s. e. li. õ ap. vt sup. τ. c. ab eo τ intelligo φ reqsitio fiat loco τ tpe ɔpetentibus ar. pre. c. ab. eo. τ. s. de elec. cum in veteri: τ intelligo mensem a die snie: nõ a die recusatiõis. sic. ij. q. vi. §. diffinitiua. vsi. iudicib⁹. τ. C. de appel. l. iudicib⁹. si autẽ reqraŧ post mẽsem: nõ hz locũ hec ɔstõnis pena: sed nihilomin⁹ illã dare teneŧ: sicut τ cetera acta cause: de ꝓba.